







*Hum. spol. Rot. dec. 10. & dec. 101. utrobique. n. 1. cor. Ludovis. Eoq; facilius concurrentibus ut hic geminis circumstantiis, prima nemp; quod licet iustus adest timor maioris etiam bonorum dilapidationis in futurum faciendae, quam in proposito ponderat. Jos. Ann. ab Eccles. fabry. 201. n. 2. Rot. dec. 654. n. 1. coram Barate. & secunda, quod fructuum reoperatio redditur valde difficilis a R.P.D. Francisco nihil possidente in ditione Ecclesiastica, in his enim terminis postestatem apponi solet, ac debet etiam sub initio litis, ad trad. per Rot. dec. 150. n. 3. p. 1. coram Put. dec. 113. n. 3. p. 1. dec. 246. n. 3. p. 1. dec. 136. n. 3. in fin. p. 1. dec. 136. n. 3. in fin. p. 1. dec. 136. n. 3. in fin. p. 1.*

Neque adversus premissa suffragari valuit bona fides, qua Creditores sese legitime contraxisse asserunt cum R. P. D. Francisco. Quia, perpenis omnibus facti circumstantiis, nulla visa fuit adesse bona fides, tam respectu R. P. D. Francisci, quam ejus Creditorum, sed potius omnia redolere malam fidem, & quatenus etiam videretur adesse bona fides, ea non relevaret in praedictum Creditores, qui non recognoscunt metipsis imputare debent Creditores, qui non recognoscunt melius conditione sub ditionibus, cum eo contraxerunt ad reg. text. in l. qui cum alio 20. ff. ad reg. iur.

Prout nec etiam applicabilis visa fuerunt exempla debitoris bona fide solvendi heredi putativo pretium cessionis, per quod ipse restituitur liberationem declarat text. in l. Stat. lib. 8. Quibus Notis, ff. de Stat. lib. Salgad. in l. ably. credit. p. 2. c. 9. n. 117. & 119. Ac rursus fidei commissarii qui post factas alienationes professionem emiserat in Religione bonorum in eaipat, cuius contractus duravit ipsius vita, sustineri respondit Bald. conf. 280. n. 2. l. 1. b. i. quia pro repositione Domini advertebant, sicut in quidem putativo cautum fuisse, quod liberatio bona fide ad hunc di putativo cautum fuisse, reservata hinc dumtaxat actione adversus putativum. At fecus esse in contractibus per eum gestis, causis obligationes non transeunt ad verum heredem, ut distinguendo tradit idem Bald. in l. ably. credit. loco in contrarium allegato, n. 114. & 115. & n. 126. cum seq. Excepit tunc verum fidei commissarii ingreditur Religione esse extra terminos huius casus, in quo non agitur de iure Creditorum resolutio ex acta voluntarii debitoris, sed ex actu necessario, atq; ex ipsa natura rei, & voluntate Testatoris, in quibus terminis subintrat alia juris regula, quod resolutio iure datoris resolvitur etiam illud acceptatoris, de qua Bald. conf. 280. n. 2. v. in contrarium facit lib. 1. Barb. in l. 1. conf. ante 23. §. fin. sub n. 17. & sub n. 22. v. quia propter factum voluntarium, ff. solut. mar. in. Tom. d. de pens. l. 21. n. 12. cum concord. Et ita, &c.

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO.

Romana Legati de Carafis super mantutione, five immisione.

Lunae 25. Junii 1696.

Proriorum duorum dubiorum resolutioni successit ultimo loco examen Tertii super mantutione, five immisione, petita per R. P. D. Franciscum Mariam ad participationem Legati, super quo consulti pariter hodie Domini responderunt, neque mantutionem, neque immisionem ei esse concedendam.

Non quidem mantutionem, quia nullibi constat, ipsum admittit fuisse ad illius participationem, actuque illud ab eo saltem pro parte possideri, quibus non concurrentibus locum sibi non vindicet mantutionis remedium, juxta vulg. text. in §. Restitudo, in fin. de inter. d.

Neque quidem possessione sufficienter probata remanet ex retentione patris mobilium sui legato cadentium, aut ex similitanea cohabitacione cum R. P. D. Francisco tunc possessore legati. Omnia retentio mobilium bene tribuitur iuri familiaritatis, sic custo. l. ubi (prout hic) per clara argumenta non ostendit contrarium titulum, five causa participationis, & Palatum inhabitatum a R. P. D. Francisco non est comprehensum sub Legato, aut hereditarium Testatoris Ideoque simplex illius inhabitatio super Palatio, & alii bonis legatis, quae dumtaxat conceditur ad terminos possessionis, juxta notata per Rot. dec. 11. n. 2. coram Bon. mem. Cocca. dec. 182. n. 1. p. 1. & dec. 157. n. 6. p. 18. rec.

Prout nec etiam ex dispositionibus Testium inductorum ad probandum conclusionem concordat cum R. P. D. Francisco super eadem legati participatione, quia Testes simpliciter de illa deponunt ex auditu ab aliis, nec indicant, a quibus illi eam audierint, minime fuerunt somiter examinati, ac

propterea nec in presenti mantutionis iudicio ventum attendendi, ad tradit. per Rot. dec. 166. n. 38. & 39. & dec. 255. n. 21. penes Paroch. de m. ant.

Neque suffulter immisionem, quia R. P. D. Franciscus Maria non probat, se esse proximiorum Testatoris, ut opus esset ad consequendum legatum restitutum familiae, in quo non omnes de familia insimul succedere debent, sed utique proximior est Testatoris, juxta punctu. dec. text. in l. cum ita, §. In fidei commissio, l. Peto, §. fratre, ibique glo. ver. b. Proximior, ff. de leg. 2. Manic. de com. lib. 8. tit. 12. n. 3. & 19. Peregr. de fidei. ar. 19. n. 12. & 13. Rot. dec. 325. n. 8. p. 17. rec. dec. 81. n. 2. 3. coram Arguelli. & in Romana, seu Janu. Legati 4. Junii 1687. in princ. coram me. Ad ipsulante presentem ultra juris dispositionem explicita voluntate Testatoris perpetua pralatione proximiorum, quae claris indicat ordinem observandum inter vocatos, primo loco admittantur proximiores, illos cessantibus, locus fit remotioribus, quam in proposito ponderat Rota dec. 119. n. 8. coram Zarat.

Nec in contrarium urget ponderatio, quod Legatum conceptum fuerit per verba pluralis numeri indicantia simultaneam vocationem plurium, quia quicumque esset, si aegeretur de legato momentaneo, unico actu per heredem extendendo, fecus est, quando (ut in hoc casu) agitur de legato successivo, quod in perpetuum praestari debet; in his enim terminis verba pluralitatem denotantia, respiciunt solum pluralitatem successuorum, five personarum, unius scilicet post alteram, non etiam pluralitatem ipsarum, vno eodemque tempore consequentium, ex adduct. per Sim. de Pret. de interpret. ultim. volunt. dub. 1. §. 6. n. 2. & 3. alius enim irrita remaneret atq; instantaneae correctio intentio Testatoris, qui demandando pralationem proximiorum, per necesse dicendum est, voluisse unicum demaxat in utroq; ordine Cardinalium, & Praetorum esse debere legatarium. Nequiteris ascensus fuisset effectum honorificioris tractatus, & decoris, ab eo principaliter voluit ex possessione legati, quod forte divitum in plures ex copiosissima familia, reddi potuisset nullius, aut saltem parvi momenti, ad trad. in his terminis per Paul. de Cast. conf. 283. sub n. 1. v. Quomodo unicum, lib. 1.

Minus etiam officit observantia in contrarium allegata pro simultanea admisione plurium ad participationem legati; quoniam illa probata non fuit in casu, quo (prout hic) remotior concurret cum proximior: Imo potius excluditur ex obligatione assumptae per bo. me. R. P. D. Octavianum de restituendo legatum, adveniente Praetore proximior Testatoris. Et ita utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE ALBERINIS

PRO HORATIO ALBERINO CUM CLEMENTIA PURA

Causa decisae per Rotam pro Clementia.

De eadem materia familie positae in parte dispositiva, vel conditionalis, quae veniat, ubi non est verificabilis effectiva, an scilicet solum contentiva proxima, vel etiam contentiva remota; & an ratio conservacionis bonorum in familia, ampliet precedens fidei commissum ad universam familiam ultra personas ad illud expresse vocatas; & de caducatione ulterioris substitutionis ob defectum conditionem, sub qua illa ordinata est.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Resolutiones causae.
- 3 Caducata prima substitutio caducatur sequens.
- 4 Ratio conservacionis bonorum in agnatione adiecta in prohibitione alienationis, & in aliis dispositionibus non ampliat fidei commissum dispositivo ordinatum ultra casus & personas expresse.
- 5 Declaratur conclusio de qua n. 3. & quomodo intrinsece vitari anomala necesse.
- 6 Limitatio non presumitur, sed est probanda, ac alias fundata est intentio habentis regulam.
- 7 De ratione tunc, & eo casu, vel simili.
- 8 De fidei commissio resultanti a contemplatione agnationis, ac ratione adiecta conservacionis bonorum in familia.

9 Explic.

- 9 Explicatur quando intrinsece inspectio super vulgari anomala praeservativa caducationis necesse.
- 10 Instans post mortem ejus, cui relicti sunt usus fructus, dicitur heres directus ab initio, & idem de substituto.
- 11 De adminiculis contemplatae agnationis.
- 12 Sub familia contentiva comprehenduntur omnes agnati, & de illa etiam remota.
- 13 De differentia inter contentivam proximam, & contentivam remotam, & ad quos effectus illa consideretur.
- 14 Ex quibus constat testatorem, sensisse de universa familia contentiva etiam remota.
- 15 De theoria Cumanis, an vocatio proximioris expiret in primo.
- 16 De argumento gravaminis proximiorum, & praedilectorum, an exinde inferatur ad gravamen remotiorum.
- 17 De materia an, & quando ratio conservacionis bonorum in agnatione adiecta prohibitionis alienationis inducat fidei commissum, vel illud extendat ultra personas expresse.
- 18 De differentia an dictatario consideretur in ratione dispositiva, vel interpretativa.
- 19 Multisibus theololymitanis expedit habere bona, & reditus, & de ratione.
- 20 Quod attendi debeat substantia verisimilis voluntatis, & non sit inferendum formulis verborum, & de ratione.

D I S C. LIII.

Fulvius de Alberinis emittere volens professionem in Militari Religione S. Joannis Hierololymitani, per actum inter vivos de ejus bonis disposuit ad favorem fratrum germanorum cum perpetuo descendivo fidei commissio in cujuslibet linea masculina, ordine tamen non simultaneo, sed successivo, hoc est primo unius fratris, ejusque lineae, deinde ista defecta ad favorem secundi, & sic successively, omnibus autem deficientibus, ipso donatore superflite, bona reverti voluit ad ipsum quoad usufructum sua vita naturali durante, quo vero ad proprietatem devolvi voluit ad proximiores de domo Alberina, penes quos post ejus mortem dictus fructus cum proprietate consolidaretur, excludendo profites in Religione, ac Fiscum, & prohibendo qualcumque detractiones, & alienationes, pluries repetendo, tam in proemio ipsius dispositionis, quam in ratione adiecta dictis respectively exclusionibus, ac prohibitionibus, & agnationis contemplationem, ac desiderium conservacionis, honoris, & ampliacionis familiae, & domus suae Alberinae; Praedecessit autem ipse Fulvius donator dictis donataris, ex quibus omnibus fuit solum superflites Paulus filius unius eorum, in quo dicta bona consolidata fuerunt, dicitur Paulo defuncto absque prole scripta haerede Clementia Pura uxore, triangularis orta est questio super hujusmodi bonis inter dictam Clementiam heredem, Caeciliam dicti Pauli germanam sororem, & Horatium proximiorum de familia Alberina, & introducta causa in Rota coram Priolo, super dubio, An constaret de fidei commissio, & ad ejus favorem, sub die 7. Februarii 1661. negativa prodit resolutio, quod quae bona effecta essent libera, & ea confirmata fuit sub die 11. Novembris ejusdem anni, unde Horatius acquievit, neque hucusque causa ulteriolem progressum habuit.

Resolutionum fundamentum fuit, quod vocatio proximioris de familia concepta esset in eventum, in quem fratres eorumque decedentes descenderent, superflite ipso donatore, per cujus praedecessum dicta substitutio caducata fuerit, juxta terminos textus in l. unica, §. fin. autem. Cod. de caduc. tollen. sequendo in hoc theori cam Angeli in l. quamdiu, n. 9. ff. de acquir. hered. quom sequuntur Abb. conf. 1. num. 1. lib. 1. Dec. conf. 394. & ceteri collecti in Perusina fidei commissi 26. Januarii 1660. coram eodem Priolo, cum qua in omnibus processum fuit ponderando illa verba, in talem eventum, denotantia tempus, five casum praesens.

Et ad voluntatem pluries explicatam conservacionis bonorum in domo, & familia, respondetur, quod cum praecedat fidei commissum expresse, & dispositum ad favorem fratrum eorumque descendentium, tunc id corroborat, sed non extendit fidei commissum ultra personas, & casus expresse, juxta deducta dec. 300. p. 1. rec. in Romana fidei commissi de Coronis 28. Januarii 1647. & 21. Junii 1651. Cerro, in Beneventana hereditatis coram Celso inter suas dec. 228. & repeti. dec. 58. post Michalor. de frat. cum aliis de quibus supra in praecedentibus; Ponderando etiam discrevium modum disponendi, quod scilicet quando dispo-

suit cum fratribus adiecta verba denotantia tractum perpetuum, & successivum in universa cujuslibet descendencia, quando autem vocavit dictum proximiorum, neglexit ulteriolem progressum, signum clarum, quod hujusmodi vocationem facere solum voluit in casu quo ipso donatore superflite, bona ad ipsum reverterentur; ne alios contingeret per ejus mortem cadere sub spolio ad favorem Religiosis, & haec in substantia sunt decisionum fundamenta, quoniam pleraque ad in regulis generalibus consistentia ad ornatum in eis deducantur.

Mihi scribenti pro Horatio, reflectendo etiam ad veritatem, resolutiones non placuerunt, siquidem, ut advertitur infra in dicta Perusina fidei commissi disc. 107. & in aliis ibi proximis super materia caducationis sequentium graduum ob primum, seu praecedentem gradum corruptum, ac etiam habetur supra in Mutinen. fidei commissi de Rangonis, & in Reatina fidei commissi de Vecchiarellis disc. 17. & 18. & in aliis; regula est in appositum juxta theor. Bart. in eadem l. quamdiu, ff. de acquir. hered. num. 10. & 11. dicta vero contraria theorica Angeli, ibidem, recepta solum est pro limitatione, quando urget contraria voluntas testatoris, quod voluerit disponere per nudam fidei commissariam, non autem per vulgarem in fidei commissio, quam vulgari anomalam dicimus, & sic facere fidei commissum merè graduale non sortiturum effectum in secundo, nisi verificetur in primo; & sic successively, quod in dubio non praesumitur juxta naturam limitationis non presumenda, sed per allegantem justificandae; ita ut non facta probatione, fundata remaneat intentio habentis regulam juxta vulgatam decisionem Mantice 261. num. 4. cum aliis per Barbo. axiom. 88. ac habetur pluries tam in ista speciali materia, quam in aliis hoc eodem titulo.

In hac autem facti specie nulla videbatur concurrere probatio, vel urgens conjectura pro hujusmodi limitatione inducenda, dum solum ponderabatur illa resolutans a simplici formalitate verborum, seu dictionum, tunc & eo casu, vel in talem eventum &c. quae ut habetur ad nimiam satisfactem cumulatam per Adden. ad dec. 632. par. 4. recent. 100. 3. num. 105. & seq. ubi de pluribus decisionibus Rotae aliorumque Tribunalium, ac pluries advertitur alibi hoc eodem tit. sunt quidem alicuius consideracionis, quae ad illa insimul juncta urgent in idem tendentia, secus autem ubi sunt sola, multoque magis, ubi e contrario urgent conjecturae, & adminicula, regulae magis quam limitationi assidentia, ex quibus ipse testatoris voluntas magis desumi videatur, ex ea clara ratione, quod saepius talia verba prouvent ex formulariis, seu phrasibus, ac modis loquendi Notariorum, testamenta, vel instrumenta conficiuntur, non perspicendo vim verborum, seu quid importet unus, vel alter loquendi modus, & sic verè nimium levis est restrictio ex illis verbis resultant.

In contrarium verò duo urgere videbantur, quae regulae praedictae assistebant; Primo scilicet enixa torleque repetita clara voluntas perpetuae conservacionis hujusmodi bonorum in domo, & familia pro ejus decore, & conservacione, unde resuleret fidei commissum dispositivum, & restitutorium ad favorem agnatorum, & familiae, pariter ad nimiam satisfactem plures colliguntur auctoritates, & decisiones idem addentes ad dictam decisionem 632. par. 4. recent. som. 3. n. 92. & 99. unde de facti transcriptores magnam, sed inanem allegationum pompam facere possunt; Et secundo, quia in eventum in quem ipse esset superflite, vocavit fidei commissum ad solum usufructum, clarè disponendo, quod ex tunc proprietates devolveretur ad proximiores, penes quos deinde per ejus mortem usufructus cum dicta proprietate consolidari deberet, ut literaliter probant illa verba praesentia, in talem eventum omnia bona, & jura donata devolvantur ad ipsum donatorem quoad usufructum sua vita durante, quo vero ad proprietatem devolvantur ad proximiores de familia, &c. & quod usufructus consolidetur cum proprietate post mortem ipsius donatoris.

Si ergo etiam ipso donatore superflite, in ipso instanti, ac directè proprietates transiitum facere debebat ad proximiores, exinde resularet dicebam proflus incongruous esse dictos terminos utriusque theoricae Bart. vel Angeli in dicta leg. quamdiu, cum hujusmodi inspectio cadat, quando unus prius vocatus est ad successionem, ac bona pleno jure, atq; post eum vocatus est alter cum ordine, seu jure successorio, & per diversos substitutionum ordines, seu gradus, quod in presenti dici non poterat, cum usufructus contradistinctus à proprietate utpote importans servitutum incompatibilem cum dominio, referri non possit ad substitutionem, vel

vel universalem successorem fideicommissariam, sed resolvatur in simplex legatum, seu aliam dispositionem usufructus, ipsa successione ex tunc, & ab initio delata ei, qui post mortem talis usufructuarii vocatus fuerit, juxta veriorum, ac hodie receptissimam opinionem, de qua ceteris relatis plene, & magistratraliter habetur apud Merlin. *decis. 905. alias decis. 22. part. 6. recent.* cum aliis in Imolen. prædi. 6. Junii 1653. coram Albergato, & in eadem 6. Junii 1664. coram Emerix, de qua causa habetur actum sub tit. de detractionibus, occasione trebellianica, ac etiam late probant Bellon. jun. qui disputat ad partes de jure accrescentis. cap. 7. quest. 16. num. 292. & seqq. Capyc. Latt. cons. ult. 112. Marcan. jun. disp. 99. apud quos ceteri, ideoque in hac facti specie non concurrebat illa vocatio per prius, & per posterius, ex qua resultare possit gradualitas, seu vocatio per simplicem fideicommissariam, unde propterea meus intellectus captivari non potuit, quod hujusmodi causas per illos terminos resolveretur.

Fortius verò itante clara voluntate toties repetita super contemplatione agnationis, ejusque perpetua conservatio-  
11 nes, & propagatio, que tanquam in verbis claris remanebat expressa. Multo magis concurrentibus aliis adminiculatam contemplationem præferentibus, que resultant à prohibitione alienationis, ac detractionum, & fortius ab exclusione Religionum, & familiarum restringendo dispositionem ad solos masculos.

12 Illa etiam ponderatione accedente, quod in hujusmodi dispositione propria sobole destituta verificabilis non erat familia effectiva, sed solum contentiva, aequè complexens fratres eorumque descendentes, ac quoscunque alios agnatos transverales ab eodem stipite descendentes, ex plene collectis per Androcol. *com. 338. Altograd. cons. 46. & 47. & 95. lib. 2.* ac pluries supra in præcedentibus, unde propterea nulla subesse videbatur discriminis ratio, cur prohtendo adeo diligere familiam, ac agnationem in universum, ista adhuc durante, volnerit bona effici libera, & ad extraneos transmissibilia, ex eo quod ipse fratribus, vel eorum filiis prædecessisset, & quod ad agnatos transfret eo non præcedente, cum nulla videatur subesse probabilis ratio hujusmodi voluntatis; Illa enim ponderata in decisionibus super exclusione Religionis parum probabilis videbatur, dum facta reservatione solus usufructus ad vitam, nullus subesse poterat timor transmissio ad Religionem, quoniam etiam si dictos proximiores agnatos non vocasset, ita proprietates remansisset in hereditate ultimi gravati mortis.

13 Et quamvis in eadem familia contentiva pro meo sensu verissima sit distinctio de qua supra in Romana primogeniture de Bubalo *disc. 25. & in aliis, ex deductis apud Altograd. cons. 95.* & aliis inter contentivam proximam constitutam à fratribus testatoris casibus, cujus domus, seu linea effectiva constitui dicitur à proprio patre, & contentivam remotam, seu generalem complexivam omnium agnatorum collateralium; Attamen id rectè procedit, vel ad effectum prælationis in concursu, vel ad effectum diversimodè regulandi dispositionem cum uno genere, & cum altero, juxta casum de quo *d. disc. 25.* vel ad effectum comprehensionis quando probabiliter dubitari possit; an testatore loquente de sua familia senserit de universa, vel potius solum de illa proxima que dicitur sua, cum similibus; Iste autem difficultates in præsentem cadere non poterant, quoniam disponens vocavit proximiores de familia postquam suppositum jam extinctam familiam contentivam proximam fratrum, ergo ejus dispositio referri non potest, nisi ad contentivam remotam, ac generalem, Addita potissimè illa circumstantia ponderata *disc. præced.* juxta decisiones in Bonon. de Pandaldis coram Panzirolo, & Cerro, quod non dixit de sua familia simpliciter, sed duplex aliud adjectum expressit, scilicet *de domo, & de Alberinis*, que latius patent, ac denotant de tota familia in universum sensisse, quam, ejusque decorem, honorem, & conservationem si ita exidit dilexit, non videtur subesse ratio, cur illa dilectio procedere deberet in uno casu, & non in altero, quodque ipsa familia adhuc durante, bona contra ejus votum transmissi facere deberent ad extraneos, idem etiam feminas, & religiosos de ipsos sanguine, & familia proxima, seu contentiva proxima abhorruerit.

14 Alia etiam ponderatione accedente inverisimilitudinis quod disponens vocationem proximiorum de familia pro istius amore, & conservatione restringere voluerit ad tristem casum verisimiliter non contingibilem, neque ab eo speratum, quod ipse supervivere tribus fratribus ac

prolis procreationem destinatis, eorumque filiis, & descendentibus.

15 Et ad motivum discretiva, quod scilicet quando vocavit proximiores de familia, ullo progressu non est, Respondendum non exinde resultare præsuppositum, quod disponens in primis vocatis voluerit dispositionem terminari. Licet enim ex veriori sententia talis sit regula ex celebri theoria Cumani in *leg. cum ita. in fideicommissis, ff. de legat. secundo.* Attamen ex eadem theoria resultat etiam recepta limitatio ex diversa testatoris voluntate deducta ex contextibus, illa præsertim contemplationis agnationis cum verbis denotantibus tractum successuum, ut ceteris relatis firmatur in Bonon. primogeniture de Podis r. Julii 1654. coram Bichio *impress. decis. 27. post Bonderum, num. 7. & seqq.* & de qua habetur supra *disc. 15.* & habetur pluries infra super hac speciali materia theoria Cumani.

16 Quodque veritatem potius in casu limitationis, clarè convinci videbatur ex eo quod in præcedentibus substitutionum ordinibus ad favorem fratrum, eorumque descendendum non videbatur necessaria adeo enixè expressa, & toties repetita contemplatio agnationis, cum verbis adeo generalibus *de familia, & domo, & cum adjecto de Alberinis*, atque cum expressione desiderandi, ne dum conservationem, sed etiam honorem, & ampliationem familiam, dum restringeret vocationem ad solos masculos, ita & taliter quod neque intrare videretur inspectio super *consil. 85. Fulgosi*, de quo sæpius supra præsertim *disc. 24. & 25.* ideoque id potius percutere videretur hunc ultimum gradum, seu ordinem substitutionis ad favorem proximiorum de familia contentiva magis remota post cessatas substitutiones ordinatas in contentiva magis proxima; Considerando etiam quod vocatio proximiorum est in numero plurali, unde congruè referri potest ad vocationem omnium proximiorum pro tempore, ordine tamen magis successivo quam simulaneo; Ac etiam quia improbabile videtur, ut illos de familia propria, & magis proxima absque dubio prædictos gravare voluerit cum tractu perpetuo, & successivo, deinde verò libertatem concedere primis successoribus magis remotis; Licet enim illud argumentum solum, & de per se non solet esse magni ponderis, ut advertitur infra in Ariminens. *d. disc. 92.* & in aliis super hac theoria Cumani, quasi quod desiderium continuationis, & conservacionis bonorum restrictum sit ad illos de familia propria, ita cum ordine perpetuo, & successivo gratos, non ex odio, sed ex majori amore, ut ita cohiberentur à dispositionibus, atque immunes remaneret à confiscacionibus cum hoc freno ulterioris substitutionis ad favorem alterius, in quo deinde tanquam extraneo non curatur ista conservatio. Nichilominus cum urgeret eadem ratio honoris, & conservacionis familie propria, junctis aliis argumentis, de quibus supra, cum contexta regula, ut *singula que non profum, &c.* id videtur satis considerabile.

17 Hinc superfluum, vel extraneum reputabam inspectio-  
nem, super qua in his dispositionibus nimium hinc inde elaboratum fuit super questione, an ratio conservacionis agnationis amplius, vel extendat fideicommissum ultra casus, vel personas expressas, juxta theor. Bart. in *l. pater filium. §. fundum. num. finalis. ff. de legatis tertio, & in l. qui Roma. §. qui hæretes. ff. de verb. oblig.* de qua late in duabus pugnantibus decisionibus editis in eadem Bonon. fideicommissis de Lambertinis *decis. 193. & 300. p. 1. recent. dec. 188. p. 9. & in aliis de quibus in præced.* An scilicet ratio staret famulativè, & accessorie, vel independenter, ac aequè principaliter juxta distinctionem contentam in magistratrali *consil. 36. Decii*; Et an præcedat necne fideicommissum dispositivum cum aliis distinctionibus, de quibus præsertim in d. Beneventana coram Celso inter *suas decis. 228.* Hæc enim omnia percutiunt casum, seu effectum inducendi novum fideicommissum, sive illud extendens de casu ad casum, vel ad diversum genus personarum; & sic per viam formalis novæ inductionis, seu extensionis regulariter prohibita, cum onera, & gravamina non sint amplianda, neque de facili inducenda per subauditos intellectus, secus autem ubi dispositio est dubia, & capax illius comprehensionis, de qua est questio, cum tunc talis ratio, ubi præsertim est pluries repetita, sive an stet principaliter, sive incidenter, & accessorie, satis attendenda veniat per interpretationem, & tanquam administrativam, seu conjektivam, cum magna differentia fit inter operationem dispositivam, & inter illam interpretativam, ut frequenter respondere consuevit in aliis similibus controversis particularem adnotationem non habentibus; Et juxta hanc secundam partem ego ob-

servabam magis in hac facti specie capiendam esse ad eviderent probandum, quod directa, & immediata vocatio proximiorum ad præpositum esset quedam continuatio bonorum in familia, sive superesset ipse donator, sive non; Eius autem superventiva magis considerata fuisse, ut extingua propria domo, atque bonis commodum vitalitum usufructus, de quo frequentius esse solent solliciti ingredientiæ istam militarem Religionem. Tum quia more sæculariam in propriis domibus cum congruo decore vivere solent; Tum etiam quia expedit, eos esse benè provisos annuis redditibus pro assumendis illis dispendiosis religiosis officii, & muneribus, que inducere solent benemerentiam facilitatem assequutionem dignitatum, in ratione benemerentia magis quam antianuitatis conferendarum, juxta ea que habentur in Meleventana, seu Venulina Baulivaria sub tit. de beneficiis, & est in praxi satis notorium; Ista verò commoditate voluit prædenter disponens se privare in gratiam fratrum, & propria domus, ut ita melius continuare posset in convenienti decore; Noluit autem id agere, quando bona transiunt faceret in agnatos remotiores, cum quibus hic respectus prælativus propriis commodis haberi non solet. Atque hic videbatur verus germanus, ac naturalis sensus hujusmodi dispositionis, inspecta substantia veritatis voluntatis, non autem inhærendo solis formulis dictionum, ac verborum, cum manifestè fabula inspecta habere videatur, ut adolecentis armis deditus, hanc militiam S. Joannis Hierosolymitanam ingressurus, reflecteret ad dictionem *hunc, & eo casu*, vel aliam equipollentem, sive periret viam, & efficaciam verborum, que ut notoria praxis docet, concipiuntur per Notarios; absque eo quod ad illa partes præsertim idiotæ actoris, quod scilicet esset de eadem familia, & agnatione constituta ab eodem stipite, super quo fuerunt solum partes cause Patroni, cum Advocati non solent se ingerere in iis que facti sunt, quatenus pertinet ad solum punctum existentia fideicommissi, ac interpretationis hujus dispositionis, resolutiones non placuerunt, atque mihi videbatur justiciam assistere actori.

FAVENTINA FIDEICOMMISSI DE FENZONIS PRO FENZONIS CUM HOSPITALI, SEU CONFRATERNITATE BRISIGHELLÆ.

Causa decisiva per Rotam pro Fenzoniis.

De eadem materia, An scilicet ratio conservacionis bonorum in familia, vel descendencia adjecta, prohibicioni alienationis, vel alteri dispositioni, inducat fideicommissum restitutorium in casu mortis, vel aliud ampliet ultra casus, ac personas expressas; Et ubi illud non induceret, sed induceret tantum fideicommissum conservatorium, An istud impediatur dispositionem ad favorem legitimorum hæredum ab intestato succedentium, quamvis non sint de familia.

SUMMARIUM.

- 1 Facti series.
- 2 Resolutio.
- 3 Punctus cause super *consil. 636. Decii*.
- 4 De ratione, ob quam ista materia involvitur, & quomodo ad veritatem indagandam sit procedendum.
- 5 Ubi præcedit fideicommissum expressum restitutorium, sed clare restrictum ad certas personas, tunc ratio ampliat illud non ampliat.
- 6 Fortius, ubi prohibito directè ad personas.
- 7 Argumentum superfluum est levissimum.
- 8 De pluribus effectibus restitutoribus ab expressa alienatione bonorum fideicommissum facta per testatorem, & ideo de pluribus conclusionibus.
- 9 Quod ratio non operatur, ut supra num. 5. adhuc attendatur pro administrativo, & quod plura de per se non operativa feruntur pro administrativo.
- 10 Ubi præcedit fideicommissum restitutorium expressum, sed est dubia eius restrictio, tunc ratio magis generalis

- ampliat fideicommissum in ratione interpretativa, dantur exempla.
- 11 Quod aliud sit inducere novum fideicommissum, seu illud extendere, & aliud sit interpretari.
  - 12 Ubi nullum præcedit fideicommissum expressum in casu mortis, tunc intrat distinctio, an ratio sit principaliter, vel accessorie, & consecutive.
  - 13 Quomodo dignoscatur, & indicandum sit an ratio stet principaliter, vel accessorie.
  - 14 Quod in hac facti specie ratio staret principaliter, seu independenter, ac induceret fideicommissum restitutorium.
  - 15 De alio casu, & an fideicommissum solum conservatorium resultans ex ratione accessorie adjecta prohibicioni alienationis impediatur dispositionem cum legitimis hæredibus ab intestato.

D I S C. LIV.

1 Prænotus Fenzonius scriptis hæredibus quatuor filiis masculis simpliciter, nulloque substitutionum onere adjecto, post illa verba, que de stylo testamenti finem, ac perfectionem denotare solent, adiecit particularem prohibitionem alienationis bonorum stabilium, que possidebat in quadam contrata, adjecta ratione, quia voluit ea continuè, & in infinitum conservari in dictis ejus filiis, eorumque descendentibus masculis, & ne exiret de familia; Deinde verò in codicillis eandem prohibitionem magis amplè, & accuratè repetiit, ordinando etiam in reliquis bonis reciprocam inter filios in portione mortis abique filiis masculis ad favorem superfluum, vel filiorum masculorum eorum qui essent prædefuncti in stirpes, & non in capita; Cum autem mater, ac tunc aliquorum descendendum dicti testatoris, pro dissolvendo etre alieno eorum patris alienasset aliqua ex dictis bonis ut supra, particulariter alienari prohibitis in Hospitali, seu Confraternitate Brisighellæ, isti facti majores in viam fideicommissi à præfato eorum ascendente ordinati sententiam favorabilem obtinuerunt in partibus à Legato Æmilie super reintegracione in possessionem dictorum bonorum, & dictaque sententia confirmata fuit per A. C. Judicem appellacionis, idemque decessum fuit per Rotam coram Verosio sub die 8. Junii 1665, circa pertinentiam fideicommissi, habita solùm difficultate super contentibus ordinem iudicii, circa competenciam scilicet dicti interdicti possessorii reintegracionis, ex iis que super hoc puncto habentur in hac eadem causa sub tit. de jactis, atque iudicatum executionem habuit.

2 Quatenus igitur pertinet ad negotium principale circa existentiam fideicommissi, in prædictis dispositionibus coram A. C. ac in Rota, in quibus ego scribebam pro actoribus, causa restringebatur ad punctum, in qua parte veritas ratio distinctio famigerati *consil. 636. Decii*. An scilicet ratio conservacionis bonorum in familia, & descendencia adjecta prohibicioni alienationis staret principaliter, & independenter, vel potius famulativè, seu accessorie, & consecutive, ut primo casu inducat fideicommissum restitutorium, in altero autem non; Super hoc autem multa per scribentes hinc inde, cum aliqua confusione involvebantur, excusabiliter tamen, quia majores nostri eam verè involunt reddiderunt, ex eodem infecto principio, ex quo tota hæc ultimarum voluntatum materia præceteris ita reddita est, confusio scilicet plurium diversorum casuum, vel effectuum, in quorum accurata distinctione, congrua applicatione ad individuum de quo agitur, non autem in decisionum, ac doctrinarum inalgesta confaracione humeris potius quam capiti congrua, tota pars scientifica in hac legali facultate, præsertim quoad forenses constituti videntur; Unde propterea istius præsertim cause occasione, ac possimum in disputationibus in forma contradictonis habitis coram A. C. prout in pluribus, ac pluribus aliis frequentibus à me tractatis sub ista materia cadentibus, advertentibus omnino reflectendum esse ad plurimum casuum, seu effectuum distinctio, quorum.

3 Primus est, ubi præcedit fideicommissum restitutorium expressum, ac dispositivum in casu mortis, quod clarum, ac certum habeat restrictionem, unde propterea cessante omni ambiguitate, cujus ratione intrinseca interpretatio, agatur de inducendo omnino novum fideicommissum ad favorem diversi personarum cadentis sub generalitate rationis adjecta prohibicioni alienationis, vel alteri dispositioni, sive de extendendo fideicommissum de uno in alterum gentis personarum; Et tunc verius est, quidquid plerique involuerit, juxta firmata in *decis. 228. Celii repetit. decis. 58.* post

post Michalor. de fratr. in qua concordantes, ut hac ratio quomodocumque concepta, semper stet accessorie, ac familiariter, non quidem ipsi prohibitioni, juxta conf. 636. Decii, quod percutit diversum casum, ut infra, sed ipsi fideicommissio expresso, & dispositivo, cui famulantur, tam ipsa prohibito, quam ratio eidem prohibitioni adjecta, ideoque illius limites non egreditur, sed omnia intelliguntur ipso fideicommissio durante, ac intra personas vocatas.

Quod clarius, magisque de plano procedit ubi alienationis, vel confiscationis prohibitio talem habens adiectam rationem, directa est ad personas magis quam ad bona, ut advertitur in eadem magistratrali decis. 228. Celsi. Non quod id sit precisè necessarium, sed quia tunc res procedit magis de plano.

Neque alicujus momenti est superfluitatis argumentum in proposito fieri solitum, quod scilicet stante fideicommissio restitutorio expresso, prohibito alienandi insit de jure, nulla indigens expressione, sive rationis viliamento; Tum quia levissimum in hac ultimatum voluntatum materia reputatur in jure hoc superfluitatis argumentum, de facili debile per quamcumque, talem qualem, etiam modicam operationem, etiam circa majorem declarationem ejus quod inest, ex collectis apud Othobon. decis. 244. num. 24. & frequenter.

Tum etiam quia multæ sunt operationes resultantæ à prohibitione expressa, potissimum verò ubi illa dicitur rationis viliamentum habet; Primum quia exinde, juxta unam sententiam de facili admittendam quando alia adminicula urgent, resultare solet exclusio profectuum in Religione, quamvis sint de genere vocato, juxta ea quæ habentur infra in Romani fideicommissi de Cupis, disc. 64. & in aliis sequentibus, ad hanc materiam exclusionis Religiosorum; Secundo quia sola prohibitio legis non annullat actum, qui durante vita, seu jure alienantis remanet validus, ac irtractabilis, solumque subiecta resolutioni post expiratum jus alienantis ad favorem successoris venientis ex fideicommissio independentem, ac jure proprio; Ubi verò prohibitio legis accedit etiam illa hominis, tunc actus est infectus ipso jure, ut propterea, Vel aperiat locus fideicommissio conservatorio ad favorem alterius substituti, Vel quod ad instantiam ejusdem, etiam pro solo jure de futuro, ac sperato, quinimo etiam ad instantiam ipsiusmet alienantis licet venientis contra factum proprium ipso jure nullum, actus retractari valeat, cum aliis effectibus ex hujusmodi infestatione resultantibus; Tertio quia juxta opinionem hodie in foro magis receptam, successor in fideicommissio, qui sit hæres gravati alienantis tenetur precisè habere ratum fatum sui auctoris, quatenus sit hæres absque beneficio inventarii, vel isto accedente, vires hereditariae suppetant, ita ut etiam in iuribus ex propria persona competentibus locum habeat regula textus in l. cum à matre, Cod. de reivendic. & non admittatur ad ipsam rem vendicandam, quamvis alienationem, vel interesse offerat, sed us verò est, ubi accedit dicta prohibito expressa, præsertim verò, & clarius vestita à dicta ratione, cum tunc regula prædicta cesset; Et quarto circa detractiones non admittendas nisi in subsidium ex his bonis, quæ specialiter, & expressam habent prohibitionem, præsertim cum dicta ratione, cum aliis similibus effectibus, ut etiam advertitur infra in Reatina fideicommissi de Clavelionibus, disc. 128. ubi de puncto, An hujusmodi expressa prohibito particularis aliquorum bonorum inducat necne fideicommissum particulare diversum ab universale, ad effectum præsertim detractionum, & sic revera istud superfluitatis argumentum nullius ponderis remanet.

Est bene verum, quod cum in hac materia omnes regule, & conclusiones procedant solum in ambiguo, atque non urgente contraria testatoris voluntate etiam conjecturali, cui, cessante casu in quo urgeat defectus potestatis, omnia cedant, idcirco si alia concurrant indititia, & argumenta suaudentia, quod testator ultra personas expressas, aliud fideicommissum magis latum facere voluerit, tunc ista ratio facit est considerabilis tanquam unum, ex adminiculis cum aliis conjungendum. Quod tamen solum, & de per se non sufficit, multa enim solida, & de per se non sunt operativa, sed bene attenduntur pro adminiculo, quando alia concurrunt, ut præsertim supra, & infra frequenter habemus in materia fideicommissi ordinati in casu delicti, sive hujus rationis conservatoris bonorum in agnatione, vel sanguine, adjectæ prohibitioni confiscationis, quoniam ex hoc non inferitur ad fideicommissum restitutorium in casu

mortis, sed bene exinde resultat illius vehemens adminiculum, quando tamen alia concurrunt cum similibus.

Alter casus est, ubi præcedit quidem fideicommissum restitutorium dispositivum, & expressum, sed ejus restrictio ad certas personas non est omnino certa; & præcisa, unde cadat ambiguitas, An sub genere, vel vocabulo quo testator usus est, comprehendantur necne alie persone aptæ sub illo venire; Puta ubi vocata familia, quæ regulariter intelligitur de effectiva, ambiguitur remaneat, an veniat etiam contentiva; Sive ubi dispositio concepta cum filijs, cadat altera dubietas, an sub nomine filiorum veniant nepotes, & pronepotes, ac ultteriores descendentes; Vel an filii in conditione positi censentur, nedum vocati, sed etiam gravati, cum tractu perpetuo, & successivo, quasi quod in eis demonstrata sit universa posteritas ad limitationem cons. 21. Oldradi cum similibus; Et tunc rectè intrat proposito derivans ex theor. Bart. in l. pater filium, §. fundum, num. finali, ff. de legatis tertio, quod ubi ratio est generalior dicto, illa potius quam istud attendi debet, & sequitur DD. communiter ex deductis in Perusina fideicommissi de Bigazzi cum coram Litta post Giovannum, conf. 75, num. 72. & sequen. lib. 1. decis. 568. part. 1. divers. dec. 10. & 193. p. 1. rec. & admittitur dec. 300. ead. p. 1. revocatoria d. dec. 193. decis. 188. num. 7. & 8. p. 9. & frequenter.

Ut enim advertitur disc. præcedenti, Aliud est interpretari dispositionem dubiam, Aliud verò est inducere novum fideicommissum, seu illud clarè limitatum extendere. Et isto casu pariter neque intrat distinctio derivans ex dicto conf. 636. Decii. An ratio stet in eadem oratione accessorie, & consequentivè ad prohibitionem, vel potius stet principaliter, & de per se cum oratione independentem, quoniam semper inducit adminiculum, fore conjecturam.

Tertius demum casus est, ubi nullum præcedit fideicommissum expressum, & dispositivum, unde propterea intrat questio, an illud resultet ex hujusmodi ratione prohibitionis alienationis, vel alteri dispositioni adjectæ; Et tunc intrat distinctio prædicta, An scilicet ratio stet accessorie, & consequentivè, vel potius aequè principaliter, fore independentem, ut primo casu talem effectum non inducat, cum rectè operetur illum effectivè prohibitionis, quæ aliàs non dato substituto in casu contraventionis; neque habemus dictam rationem adjectam, resolvitur in nudum consilium non obligatorium; Vel inducit fideicommissum, quod nostri dicunt conservatorium, quod rectè stare potest sine restitutorio juxta casum, de quo infra in Civitatis Castellane fideicommissi de Clarionibus disc. 158. cum similibus, nisi aliæ concurrant conjecturæ, ex quibus etiam ad fideicommissum restitutorium, & absolutum in casu mortis inferri valeat; Secundo autem casu inducat etiam fideicommissum absolutum, & restitutorium in casu mortis, ut post antiquiores ab eis relatos per Fusar. quaest. 688. Capyc. Latr. conf. 32. de Marin. resol. 131. lib. 1. Rota apud Buratt. decis. 107. ubi Adden. apud Merlin. decis. 669. decis. 284. & 304. par. 6. rec. decis. 8. & 15. par. 7. & in aliis frequenter, apud quos de hujusmodi adminiculis, & conjecturis, circa quæ certæ, & determinata regula dari non potest, cum totum pendat ex singulorum casuum circumstantiis particularibus, dum in effectu non est questio juris, sed facti ac voluntatis.

Quia distinctio recta, ut potest ita generaliter, ac in obstrato receptissima, & absoluta, major, imò tota questio hodie esse videtur in ejus applicatione, & an in una, vel altera parte versari dicamur, quando scilicet prohibito stet accessorie, & dependenter, vel potius principaliter, & independentem in separata oratione; Atque in hoc nostri nimium se involvunt; Cum enim Bart. in dicta leg. pater filium, §. fundum num. finali de legatis tertio, agendo quando ratio generaliter dicta stare dicatur dependenter, vel independentem dicat, quod independentem stare dicatur, quarto testator dicat, idcirco prohibito, seu feci, quia volo hoc. Exinde nostri, præsertim Consulentes, quasi quod hæc sint verba inducentia quamdam formam, adinstar verborum Sacramenti, cum consuetis iuristarum subtilitatibus, seu verborum formis altissimis, nimium certant super verbis testamenti, vel dispositionis, de qua agitur, an sint iuxta dictam formam necne; Prout etiam nimium laborant in perferatando, An ratio præcedat, vel subsequatur; Sive an eadem ratio adjecta sit in eadem, vel separata oratione, & ad quem effectum ponderare solent, an adit littera masculina, sive an adit punctus finalis, cum similibus, quæ omnia verò pro meo judicio continere videntur leguleias simplicitates, ac formalitates, cum frequentius hæc omnia pendeat à Notario, vel alio scriptore testamenti, absque eo quod testator

10

14

11

12

13

ad hæc

ad hæc advertat; Ideoque vera decisio desumenda videtur à substantia voluntatis testatoris metiendæ ex tota facti materia, à contextu scilicet, omnibusque partibus dispositionis, necnon à qualitate, tam ipsius quam bonorum, aliisque circumstantiis, ex prudenti benèque regulato arbitrio, unam, vel alteram voluntatem probabiliter suadentibus.

Ista igitur theoria ita constituitur; Quatenus pertinet ad applicationem, in hac facti specie, clarum videbatur dictam rationem conservatoris bonorum in descendentes facere hanc operationem inducendi fideicommissum absolutum, ac restitutorium in casu mortis, quoniam nullum aliud in eodem testamento continebatur fideicommissum, cui talis prohibitio, vel ratio famulari posset, atque nedum ratio stabat principaliter, & independentem juxta verba Bart. vel æquipollentia, sed etiam accedebant verba in perpetuum, & alia in idem tendentia; Cum ea quoque circumstantia considerabili, quod agere de prohibitione particulari quorundam bonorum stabilium certo loco existentium, quæ attenta qualitate loci ac persone, atque cum ista proportione dici possunt conspicua, & qualificata; Et quod magis, quia deinde condidit codicillos, quos maturius ordinare professus est ad majorem sui animi declarationem, & in quibus aliud in effectu non continetur, nisi magis enixè repetita dicta prohibito cum præfata ratione stante magis principaliter, ac independentem, cum talibus verbis, quod fideicommissum restitutorium præsupponeret, explicando desiderium perpetue conservatoris bonorum in omnibus descendentes, inter quos proinde fideicommissum ordinatum censetur, juxta dispositionem textus in l. fideicommissum §. 11. §. hæc verba, ff. de legatis tertio cum concord. collectis in hujus causæ decisione, quæ probeinde, reflectendo etiam ad solam veritatem, justa, & probabilis visa est; Potissimè cum versarem in dispositione ascendens, in qua, juxta ea, quæ variè frequenter in hac materia habentur hoc eodem tit. receptissimum est, minores, ac leviores sufficere condecitur.

In proposito autem hujusmodi prohibitionem alienationis habentium dictam rationem accessorie, seu consequentivè, ita ut ex illa non resultet fideicommissum restitutorium, sed solum conservatorium, pluries, ac pluries idem respondi, præsertim in una Sabinae de Pedrochis pro Luca Pedrocho, me consulente pro veritate; An dicta prohibito non obstante, quamvis adessent illi de familia, extra quam Martinus ejus abavus prohibuit bona alienari, disponere posset ad favorem ejus nepotum ex sorore proximiorum, ac legitimorum ab intestato hæredum, dum agnati de familia ab eodem testatore per aliam lineam descendentes ab ipso quinto gradu distabant; Et respondit affirmativè, quoniam fideicommissum conservatorium non tollit successione ab intestato, neque illius ordinem pervertit, etiam si legitiimi successores non sint de familia, juxta doctrinam Bart. in l. pater, §. fratres, n. 2. & l. cum pater, §. cum inter, ff. de legatis 2. quam ceteri sequuntur cumulatim per Bellon. jun. conf. 1. n. 84. de Marin. resol. 131. nu. 4. lib. 1. Fusar. q. 688. n. 100. Potissimè quia verba testamenti, & clarius illa codicillorum, clarè suadere videbantur, quod scilicet volentes alienare tenerentur requirere suos agnatos, & de familia in pari causa præferendos, ita inducendo quamdam speciem retractus consanguinitatis præsupponendo tamen facultatem alienandi etiam in extraneos, ideoque si huic morientem ab intestato, dicti proximiores cognati non prohiberentur succedere, ita fortius dixi eisdem competere facultatem cum eis disponendi in testamento, eum semper favorabilior sit causa testati quam intestati.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE BONCOMPAGNIS  
P R O  
PAULO BONCOMPAGNO  
C U M  
MARCO ANTONIO,  
& aliis etiam  
DE BONCOMPAGNIS.

Casus decisus per Rotam pro Marco Antonio, & consortibus, postea concordatus.

De concursu plurium æquè vocatorum, & ejusdem generis, quorum unum alterum excludere vellet

ob prælectionem de eo factam à gravato; An scilicet, & quando gravatus intervertere possit succedendi ordinem à testatore prescriptum, atque aliquos ex vocatis prælegere, alios verò excludere; Et an hæc facultas data primo hæredi gravato insuat in alios; Sive an eadem facultas per argumentum à contrario sensu resultet à ratione, seu voluntate per testatorem explicata, quod bona non exeat à familia, vel genere vocato.

S U M M A R I U M.

- 1 Falsi series.
- 2 Resolutionis causa.
- 3 Firmatur reciproca tanquam certa.
- 4 Facultas prælegendi data primo gravato, quod insuat in omnes successores.
- 5 Qui declarat non disponit, & qui non potest revocare, potest declarare.
- 6 Declaratur conclusio, de qua n. 5.
- 7 Prohibito alienare, vel disponere extra familiam potest disponere in illos de familia etiam remotiores.
- 8 Etiam si adesse fideicommissum in casu mortis, quia intelligitur quatenus non disponat.
- 9 Contrariam verum ubi præcedit fideicommissum expressum.
- 10 Ubi est fideicommissum solum conservatorium tunc procedit conclusio, de qua n. 7.
- 11 Quid de casu mixto, ubi scilicet fideicommissum restitutorium implicite resultat à ratione adjecta prohibitioni alienationis.
- 12 De eadem conclusione, de qua n. 4.

D I S C. L V.

Ugo Boncompagnus, adjecta ratione conservatoris aliquorum bonorum in ejus filijs, & descendentes in infinitum, illa donavit Gregorio filio ejusque filijs, nepotibus, & descendentes ordine successivo cum frida prohibitione alienationis, concessa dicto Gregorio facultate disponendi inter ejus filios, & descendentes, ubi gratificando alios excludendo, firmo tamen remanente fideicommissio perpetuo, ac successivo. Ex Gregorio autem defuncto absque usu dictæ facultatis, fuerunt superfluitas ex filii masculi, nempe Balthasar, Ugo, Cæsar, Carolus, Gregorius junior, & Paulus, ex quibus Carolus, & Gregorius in Religione professi eorum portiones donavit Paulo, quem etiam Ugo in vim prædictæ facultatis datæ per donatorem, vel alias de jure competentis in ejus portione instituit, quod huic controverfite causam dedit, quoniam Marcus Antonius, & consortes filii, ac respectivè nepotes Balthasaris, & Caroli prædefunctorum, prætendentes in dicta defecta portione Ugonis æqualem successione cum Paulo patruo eis debitam esse, judicium contra ipsum instituerunt in foro Capitolino, à quo post aliquas disputationes ibi habitas, per Signaturam Gratiæ causâ advocata fuit, & commissa in Rota coram Bevilacqua, coram quo duæ prodierunt resolutiones ad favorem actorum super pertinentia fideicommissi sub diebus 22. Martii 1662. & 18. Junii 1663. deindeque alie habitæ fuerunt disputationes super identitate bonorum, ac detractionibus super quibus alie prodierunt decisiones 14. Decembris 1663. & 30. Januarii 1665. cor. eodem, ac demum per honestam concordiam causâ finem habuit.

Duæ autem fuerunt hujus controverfite inspectiones; Una super reciproca inter prædictos Gregorios filios eorumque descendentes etiam de linea ad lineam, & alia super facultate disponendi inter vocatos, unum gratificando, alios excludendo; An scilicet ex dispositione legis, vel hominis illa competeret.

Super prima, quamvis ipsemet Paulus reus conventus insignis Advocatus, ac aliqui ex defensoribus per eum assumptis, præsertim in disputationibus habitis in foro Capitolino insisterent in dicta reciproca negotiatione; Unde præterea prima decisio Rotæ, plenior forsitan calamo quæque necessitas exigeret, in hoc se diffundit; Nihilominus ego scribens pro eodem Paulo, nihil vel parum in hoc motivo immorabar, cum ex contextu donationis reciproca videretur clara, eundemque sensum magis communiter habuerunt alii seniores, ac primi ordinis Advocati, unde propterea resolutiones in hac parte visæ fuerunt justæ, ac probabiles.

Major igitur disputatio fuit super secunda inspectione facultate.

culta